



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXVI. De hoc, quòd Christus dicitur Dei, & hominum mediator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



In argu. adoraret latria Christum in beata Virgine: & scilicet adoraret hyperdulia ipsam secundum se beatam Virginem, sine qua discretionem error accideret. & ideo simpliciter dicitur, quod non est adoranda latria, sed hyperdulia.

¶ Super Quaestio. 25. Articulum sextum.

Art. praec. Trullus hic clarissimus est. In corpore articuli, unica est conclusio dupliciter probata. Conclusio est, Reliquias sanctorum qualescumque congruo honore venerari debemus, & praecipue eorum corpora. Probat primo: Affectus alicui venerari etiam illa, quae de ipso post mortem relinquuntur; sed sanctos Dei veneramus, ergo eorum reliquias venerari debemus. & praecipue eorum corpora. Maior probatur auctoritate Augustini. Minor probatur ex quatuor: 1. quia sancti sunt Christi membra, quia Dei filij, 2. quia amici, quia nostri intercessores. Pars autem specificata in conclusione. I. praecipue eorum corpora, manifestatur ex tribus: 1. quia Spiritus sancti inhabitantis: quia organa Spiritus sancti operantis per ea fuerunt: quia sunt corpora Christi configuranda. Secundo probatur conclusio, quia Deus sanctorum reliquias honorat miraculis, ergo & nos debemus honorare.

Ca. 73. in pr. habetur iter opera, Aug. 20. 3.

Li. 1. cap. 13. 20. 5.

debetur tamen ei quidam honor consimilis ratione cuiusdam excellentiae. Et hoc significant auctoritates\* inductae. AD SECUNDUM dicendum, quod honor matris refertur ad filium, quia ipsa mater est propter filium adoranda: non tamen eo modo, quo honor imaginis refertur ad exemplar, quia ipsa imago prout in se consideratur ut res quaedam, nullo modo est veneranda. AD TERTIUM dicendum, quod crux non est capax uenerationis prout in se consideratur, ut dictum est: sed beata Virgo secundum se ipsam est uenerationis capax, & ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS VI.

Utrum reliquiae Sanctorum sint adorandae.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod sanctorum reliquiae nullo modo sint adorandae. Non enim est aliquid faciendum, quod possit esse occasio erroris: sed adorare mortuorum reliquias videtur ad errorem gentilitium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant, ergo non sunt sanctorum reliquiae adorandae.

¶ 2. Praet. Stultum videtur re insensibilem venerari: sed sanctorum reliquiae sunt insensibilia corpora, ergo stultum est eas venerari.

¶ 3. Praet. Corpus mortuum non est eiusdem speciei cum corpore viuo, & per consequens non videtur esse numero idem, ergo videtur quod post mortem alicuius sancti corpus eius non sit adorandum.

SED CONTRA est, quod dicitur in li. de Ecclesiasticis dogmatibus. Sanctorum corpora, & praecipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sincerissime honoranda. f. credimus. Et postea subditur, Si quis contra hanc sententiam velit esse, non christianus, sed Eugnominianus & Vigilantianus creditur.

RESPON. Dicendum, quod sicut Aug. dicit in li. de ciuitate Dei. Si paterna uestis & anulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae vtrique multo familiarius atque coniunctius, quam quaelibet indumenta gestamus, haec enim ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet, quod qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quae de ipso post mortem relinquuntur, veneratur, non solum corpus aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta, vestes, & similia. Manifestum est autem, quod sanctos Dei in ueneratione habere debemus, tamquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et

ideo eorum reliquias qualescumque, honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & praecipue eorum corpora, quae fuerunt templa, & organa Spiritus sancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpora Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Unde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum praesentiam miracula faciendo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod haec fuit ratio Vigilantij, cuius verba introducit Hieronymus in libro quem contra eum scribit, dicens. Prope ritum Gentilium videmus sub praetextu religionis introductum, puluisculum nescio quem in modico vasculo, pretioso linteamine circumdatum osculantes adorant. Contra quem Hieronymus dicit in Epistola ad Riparium. Nos non dico Martyrum reliquias, sed nec solem nec lunam nec Angelos adoramus. Adoratione latria: honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres, adoremus: honoramus seruos, ut honor feruorum redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias sanctorum, non incidimus in errorem gentilitium, qui cultum latria: mortuis hominibus exhibebant.

AD SECUNDUM dicendum, quod corpus illud insensibile non adoramus propter se ipsum: sed propter animam, quae fuit ei unita, quae nunc fruatur Deo, & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

AD TERTIUM dicendum, quod corpus mortui alicuius sancti non est idem numero, & quod primo fuit dum viueret, propter diuersitatem formae, quae est anima: est tamen idem, identitate materiae, quae est iterum suae formae uniuersa.

QVAESTIO XXVI.

De eo, quod dicitur mediator Dei, & hominum dicitur, in duos articulos diuisa.

Super Quaestio. vigesima sexta. Articuli primum.

Trullus clarissimus est.

DEINDE considerandum est de hoc, quod dicitur Christus Dei, & hominum mediator.

Et circa hoc quaeruntur duo.

¶ Primo, Utrum esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo.

¶ Secundo, Utrum hoc conueniat ei, secundum humanam naturam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod esse mediatorem Dei, & hominum, non sit proprium Christo. Sicut enim sacerdos, ita & propheta videtur esse mediator inter Deum & homines: secundum illud Deuteronomio 5. Ego illo tempore sequester fui & medius inter Deum & vos: sed esse prophetam, & sacerdotem, non est proprium Christo, ergo etiam esse mediatorem. ¶ 2. Praet. Illud, quod conuenit angelis bonis & malis, non potest dici esse proprium Christo: sed esse me-

In corpore articuli, sunt duae conclusiones. Prima est esse mediatorem inter Deum, & homines, simpliciter seu per se etiam, est proprium Christo. Secunda est: Nihil prohibet alios dici mediatores secundum quid, scilicet, dispositiue vel ministerialiter. prima conclusio probatur: Vniue homines Deo, perfectiue conuenit soli Christo. ergo solus Christus est perfectus mediator Dei & hominum. Antecedens probatur: quia per mortem suam mundum Deo reconciliauit: & Apostolus dicit, Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians. Consequentia vero probatur: & ratione: quia mediatoris officium est mediare, inter eos, inter quos est mediator. probatur: quia in medio uniuersum



Uniuersum extrema. Et  
auctoritate Apost. ga  
Cap. 4. non cum dixisset, Medi-  
ator &c. subiunxit, Qui  
dedit &c. Secunda co-  
clisio ut clara relin-  
quatur, quia cooperan-  
tur aliqui ad unione,

per consequens miseri, ut patet per Aug. in 9. de ci-  
uit. Dei. Ergo esse mediatorem Dei, & hominum  
non est proprium Christo.

¶ Præter. Ad officium mediatoris pertinet interpella-  
re ad unum eorum, inter quos est mediator pro altero  
sed Spiritus sanctus, sicut dicitur Ro. 8. interpel-  
lar pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus,  
ergo Spiritus sanctus est mediator inter Deum & ho-  
mines. non est ergo proprium Christo.

SED CONTRA est, quod dicitur i. ad Timoth. 2.  
Unus est mediator Dei & hominum, homo Iesus  
Christus.

RESPOND. Dicendum, quod ad mediatoris officium  
proprie pertinet, coniungere & unire eos, inter quos  
est mediator: nam extrema uniuersum in medio. Unire  
autem hoies Deo, perfecte quidem conuenit Chri-  
sto, per quem homines sunt reconciliati Deo, secun-  
dum illud 2. ad Corin. 5. Deus erat in Christo mun-  
dum reconcilians sibi, & ideo solus Christus est per-  
fectus Dei & hominum mediator, in quantum per  
suam mortem humanum genus Deo reconciliauit.  
Vnde cum Apost. dixisset, Mediator Dei & hoium  
homo Christus Iesus, subiunxit, Qui dedit semetip-  
sum redemptionem pro oibus. Nihil tamē prohibet  
aliquos alios secundum quid dici mediatore, inter  
Deum & homines, prout, si cooperatur ad unione  
hominum cum Deo dispositiue, vel ministerialiter.

AD PRIMUM, ergo dicendum, quod propheta &  
sacerdotes veteris testamenti, dicti sunt mediatore  
inter Deum & homines dispositiue, & ministerialiter,  
in quantum, s. prænuntiabant & præfigurabant  
verum, & perfectum Dei & hominum mediatore.  
Sacerdotes uero noui testamenti possunt dici me-  
diatores Dei & hominum, in quantum sunt ministri  
veri mediatoris, uice ipsius salutaria sacramenta ho-  
minibus exhibentes.

AD SECUNDUM dicendum, quod angeli boni, ut Aug.  
dicit in 9. de ci. Dei, non recte possunt dici media-  
tores inter Deum & homines. Cum enim utrumque  
habeant commune cum Deo & beatitudine & im-  
mortalitatem, nihil autem horum cum hominibus  
miseris & mortalibus, quomodo non potius remou-  
ti sunt ab hominibus, Deoque coniuncti, quam inter  
utrosque medijs constituti. Dion. tamen dicit eos esse  
medios, quia secundum gradum naturæ sunt infra  
Deum & supra homines constituti, & mediatoris  
officium exercent, non quidem principaliter &  
perfectiue, sed ministerialiter & dispositiue. Vnde  
Matth. 4. dicitur, quod accesserunt angeli, & ministra-  
bant ei. Christo. Dæmones autem habent comunem  
cum Deo immortalitatem, cum hominibus autem  
miseriam: ad hoc enim se interponit medium  
dæmon immortalis & miser, ut ad immortalitatem  
beatam transire non sinat: sed perducatur ad miseriam  
immortalem. Vnde est sicut malus medius, qui se-  
parat amicos. Christus autem habuit communem  
cum Deo beatitudinem, cum hominibus autem mor-  
talitatem: & ideo ad hoc se interposuit medium, ut  
mortalitate tractata & ex mortuis faceret immor-

tales (quod in se resurgendo monstrauit) & ex miseri-  
s beatos, unde numquam ipse discessit: & ideo ipse  
est bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

AD TERTIUM dicendum, quod Spiritus sanctus  
cum sit per omnia Deo æqualis, non potest dici  
medius, uel mediator inter Deum & homines: sed  
solus Christus, qui licet secundum diuinitatem æqua-  
lis sit patri, tamen secundum humanitatem minor  
est patri, ut supra dictum est. Vnde super illud ad  
Galat. 3. Christus est mediator, dicit glos. Non pater,  
nec Spiritus sanctus. Dicitur autem Spiritus san-  
ctus interpellare pro nobis, quia ipse interpellare  
nos facit.

ARTICULVS II. *an  
Christus secundum quod homo,  
sit mediator Dei & hominum.*

AD SECUNDUM sic proceditur.  
¶ Vi. quod Christus non sit me-  
diator Dei & hominum, s. m. q.  
homo. Dicitur n. Aug. in li. contra  
Felicianum: una est Christi perso-  
na, ne sit non vnus Christus, non  
vna substantia, nec mediatoris di-  
spensatione submotus, aut Dei trini-  
dicatur aut hominis filius: sed  
non est Dei & hominis filius, s. m.  
q. homo, sed simul secundum quod  
Deus & homo, ergo neq; dicen-  
dum est, quod sit mediator Dei & ho-  
minum solum secundum quod homo.

¶ 2. Præter. Sicut Christus, in quantum  
est Deus, conuenit cum patre &  
Spiritu sancto, ita in quantum est  
homo, conuenit cum homini-  
bus: sed propter hoc, quod in quan-  
tum est Deus, conuenit cum pa-  
tre & Spiritu sancto, non potest  
dici mediator, in quantum est Deus,  
quia super illud 1. ad Timot. 2.  
Mediator Dei & hominum &c.  
dicit glos. In quantum est uer-  
bum non medius est, quia æqua-  
lis est Deo, & Deus apud Deum,  
& simul vnus Deus ergo nec est  
in quantum est homo, potest dici  
mediator, propter conuenientiam  
quam cum hominibus habet.

¶ 3. Præter. Christus dicitur media-  
tor in quantum reconciliauit nos  
Deo: quod quidem fecit, auferendo  
peccatum, quod nos separabat a Deo:  
sed auferre peccatum, conuenit  
Christo non in quantum est homo, sed  
in quantum est Deus. ergo Christus,  
in quantum est homo, non est me-  
diator, sed in quantum est Deus.

SED CONTRA est, quod Aug. di-  
cit in li. 9. de ci. Dei, Non ob hoc  
mediator est Christus, quia est uer-  
bum: maxime quippe immorta-  
le & maxime beatum uerbum, lo-  
ge a mortalibus miseris, sed me-  
diator est secundum quod homo.

RESP. Dicendum, quod in mediato-  
re duo possumus considerari. Primo  
quidem ratione medijs: sed officium  
coniugendi. Est autem de ratione medijs  
Tertia S. The.

Q. 20. ar. 1.  
Implicite ha-  
betur in gl.  
ordin. ibid.

Super. Quæstionis  
26. Articulum secundum  
dum.

In corpore  
duo sunt. Primo  
ponitur due con-  
ditiones mediatoris  
secundo applican-  
tur ad Christum di-  
pliciter, & secundum  
quod Deus, negati-  
ue & secundum quod  
homo affirmatiue  
& sic respondetur  
questio. Christus ue-  
risime dicitur me-  
diator Dei & homi-  
num, secundum quod  
homo. Omnia clara  
sunt in litera, consti-  
tuit enim eius proces-  
sus in hoc: Media-  
tor secundum duo,  
que habet (scilicet  
est medium, & offi-  
cium coniugendi  
extrema inter se.)  
duas exigat condi-  
tiones: prima est di-  
stantia ab extremis  
secunda est delatio  
ad extrema utrimque  
ex altero. Sed Chri-  
stus, secundum quod  
Deus, neutram ha-  
bet, quia non distat  
a Deo in natura, aut  
dominio: nec aliquid  
Dei non suum de-  
ferre potest: ac per  
hoc, nihil potest de-  
ferre ex Deo tanquam  
extremo. Sed secun-  
dum quod homo, ha-  
bet utramque: quia  
distat a Deo natu-  
ra, & ab hominibus  
puris dignitate gra-  
tiae & glorie: desert  
quoque præcepta do-  
naque Dei ad homi-  
nes, & satisfactionem  
ac interpellationem  
ex hominibus ad Deum,  
non quasi hæc ab ho-  
minibus accipiat, sed  
quia hæc uice homi-  
num, ipse Deo offert,  
quod uocatur pro ho-  
minibus offerre ac sa-  
tisfacere. Nihilomi-  
nus satisfactionem  
ex hominibus quod a  
modo,

Est supra ex  
Aug. lib. 10.  
c. 6. 43. an-  
te me d. to. 2.

Lib. 9. ca. 17.  
no procul a  
fac. to. 5.

con. pat.

Cap. 4. non cum dixisset, Medi-  
ator &c. subiunxit, Qui  
dedit &c. Secunda co-  
clisio ut clara relin-  
quatur, quia cooperan-  
tur aliqui ad unione,

per consequens miseri, ut patet per Aug. in 9. de ci-  
uit. Dei. Ergo esse mediatorem Dei, & hominum  
non est proprium Christo.

¶ Præter. Ad officium mediatoris pertinet interpella-  
re ad unum eorum, inter quos est mediator pro altero  
sed Spiritus sanctus, sicut dicitur Ro. 8. interpel-  
lar pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus,  
ergo Spiritus sanctus est mediator inter Deum & ho-  
mines. non est ergo proprium Christo.

SED CONTRA est, quod dicitur i. ad Timoth. 2.  
Unus est mediator Dei & hominum, homo Iesus  
Christus.

RESPOND. Dicendum, quod ad mediatoris officium  
proprie pertinet, coniungere & unire eos, inter quos  
est mediator: nam extrema uniuersum in medio. Unire  
autem hoies Deo, perfecte quidem conuenit Chri-  
sto, per quem homines sunt reconciliati Deo, secun-  
dum illud 2. ad Corin. 5. Deus erat in Christo mun-  
dum reconcilians sibi, & ideo solus Christus est per-  
fectus Dei & hominum mediator, in quantum per  
suam mortem humanum genus Deo reconciliauit.  
Vnde cum Apost. dixisset, Mediator Dei & hoium  
homo Christus Iesus, subiunxit, Qui dedit semetip-  
sum redemptionem pro oibus. Nihil tamē prohibet  
aliquos alios secundum quid dici mediatore, inter  
Deum & homines, prout, si cooperatur ad unione  
hominum cum Deo dispositiue, vel ministerialiter.

AD PRIMUM, ergo dicendum, quod propheta &  
sacerdotes veteris testamenti, dicti sunt mediatore  
inter Deum & homines dispositiue, & ministerialiter,  
in quantum, s. prænuntiabant & præfigurabant  
verum, & perfectum Dei & hominum mediatore.  
Sacerdotes uero noui testamenti possunt dici me-  
diatores Dei & hominum, in quantum sunt ministri  
veri mediatoris, uice ipsius salutaria sacramenta ho-  
minibus exhibentes.

AD SECUNDUM dicendum, quod angeli boni, ut Aug.  
dicit in 9. de ci. Dei, non recte possunt dici media-  
tores inter Deum & homines. Cum enim utrumque  
habeant commune cum Deo & beatitudine & im-  
mortalitatem, nihil autem horum cum hominibus  
miseris & mortalibus, quomodo non potius remou-  
ti sunt ab hominibus, Deoque coniuncti, quam inter  
utrosque medijs constituti. Dion. tamen dicit eos esse  
medios, quia secundum gradum naturæ sunt infra  
Deum & supra homines constituti, & mediatoris  
officium exercent, non quidem principaliter &  
perfectiue, sed ministerialiter & dispositiue. Vnde  
Matth. 4. dicitur, quod accesserunt angeli, & ministra-  
bant ei. Christo. Dæmones autem habent comunem  
cum Deo immortalitatem, cum hominibus autem  
miseriam: ad hoc enim se interponit medium  
dæmon immortalis & miser, ut ad immortalitatem  
beatam transire non sinat: sed perducatur ad miseriam  
immortalem. Vnde est sicut malus medius, qui se-  
parat amicos. Christus autem habuit communem  
cum Deo beatitudinem, cum hominibus autem mor-  
talitatem: & ideo ad hoc se interposuit medium, ut  
mortalitate tractata & ex mortuis faceret immor-

Ysa. 43. 27.

Lib. 9. ca. 17.  
no procul a  
fac. to. 5.

con. pat.



modo accipit, pro quanto ex massa peccati, carne, humana ab Adam genita, naturam impassibilem in qua satisfacere, alsumpsit.

In responsione ad primū & tertium consideranda dicenda rōne ipse dicentē id, quo Christus mediat, aut satisfacit, & radice vñ illud, quo est ex originaliter redit ad mediū, & satisfaciendum, & merendum pro omnibus. Nam si specifice queris naturā, qua Christus meretur, mediat, & satisfacit, proculdubio natura humana est, creatura quippe nature sunt aeterni. Sed si queris, unde natura creata tantū est, ut mediet, mereatur, & satisfaciat pro toto mundo, ex gratia est unionis, ex hypostasi est diuina: quia enim Christus vnigenitus est patris, ideo per naturam assumptā satisfacit, mereatur & mediat. Et hoc est quod in responsione ad primum, docemur, & doctrina superius habita de efficacia satisfactionis & meriti Christi sic applicanda est in responsione ad tertium. Et sic oporia consonant.

*Prima pars de Christo tractatus tertius.*

Hic incipit tertius tractatus primae partis, qua de Christo est, tractatur; hic usque ad q. 39, de spectantibus ad ingressum Christi in mundum, ut clare patet in hieca.

*Super Quaestio 27. Articulus primus.*

In corpore duo sunt, primo qualis notitia de hoc quaestio haberi potest, dicitur ac per hoc monstratur via ad intelligendam veritatem conclusionis, secundo per monstrat in via incedendo, respondetur quaestio vna conclusione affirmatiua.

Quo ad primū via sciendi non est ex sacre Scripturae auctoritate in specie, sed rationabilibus sacre Scripturae consensibus, ut Aug. de Assumptio, arguit. Quo ad secundum conclusio est, Rationabiliter creditur bea

quod differt ab utroque extremo: coniungit aut mediator per hoc, quod ea que unius sunt, defert ad alterum. Neutrum autem horum potest conuenire Christo secundum quod Deus, sed solum secundum quod homo. Nam secundum quod Deus, non differt a Patre & Spiritu sancto in natura, & potestate diuini. Nec etiam Pater & Spiritus sanctus aliquid habent quod non sit filij, ut sic possit id, quod est Patris vel Spiritus sancti quasi quod est alioi, ad alios deferre: sed utrumque conuenit ei, in quantum est homo: quia secundum quod est homo, distat & a Deo in natura & ab hominibus in dignitate & gratie & gloriae. In quantum etiam est homo, conuenit ei coniungere homines Deo, precepta & dona Dei, hominibus exhibendo, & per hominibus Deo satisfaciendo; & iterpellando, & ideo verissime dicit mediator secundum quod homo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod si subtrahatur diuina natura a Christo, subtrahetur per consequens ab eo singularis plenitudo gratiarum, qua conuenit ei, in quantum est vnigenitus a patre, ut dicitur Io. 1. Ex qua quidem plenitudine habet, ut sit super omnes homines constitutus, & propinquus ad Deum accedens.

AD SECUNDUM dicendum, quod Christus, secundum quod Deus, est per omnia equalis patri: sed etiam in humana natura excedit alios homines. & ideo secundum quod homo, potest esse mediator, non autem secundum quod Deus.

AD TERTIUM dicendum, quod licet auctoritate peccatum auferre conueniat Christo secundum quod est Deus, tamen satisfacere pro peccato humani generis conuenit ei, secundum quod est homo. Et secundum hoc dicitur Dei & hominum mediator.

QVAESTIO XXVII.

*De beate virginis Mariae sanctificatione, in sex articulos diuisa.*

**P**ost praedicta, in quibus de vnione Dei & hominis, & de his que vnionem consequuntur, tractatum est, restat considerandum de his, que filij Dei incarnatus, in natura humana sibi unita gessit uel passus est: quae quidem consideratio quadripartita erit. Nam primo considerabimus de his, que

pertinent ad ingressum eius in mundum. Secundo, de his que pertinent ad progressum uite ipsius in hoc mundo. Tertio, de exitu ipsius ab hoc mundo. Quarto, de his que pertinent ad exaltationem ipsius post hanc uitam.

Circa primum quatuor consideranda occurrunt. Primo quidem de conceptione Christi. Secundo, de eius natiuitate. Tertio, de eius circumcissione. Quarto, de eius baptismo.

Circa conceptionem autem eius oportet primo aliqua considerare, quantum ad matrem concipientem: secundo, quantum ad modum conceptionis: tertio, quantum ad perfectionem proles concepta.

Ex parte autem matris occurrit considerandum, primo quidem de sanctificatione eius: secundo, de virginitate eius: tertio de desponsatione eiusdem: quarto de annunciatione ipsius: quinto, de preparatione ipsius ad concipiendum.

Circa primum quaruntur sex.

Primo, Vtrum beata virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero.

Secundo, vtrum fuerit sanctificata ante animationem.

Tertio, vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi totaliter sublatus fomes peccati.

Quarto, vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecrata, ut nunquam peccaret.

Quinto, vtrum per huiusmodi sanctificationem adepti fuerit plenitudinem gratiarum.

Sexto, vtrum sic sanctificati, fuerit proprium sibi.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Vtrum beata virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero.*

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur quod beata virgo non fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero. Dicit enim Apostolus ad Cor. 15. Non prius quod spirituale est, sed prius, quod est animale, deinde quod est spirituale: sed per gratiam sanctificantem nascitur homo spiritualiter in filium Dei secundum illud Io. 1. Ex Deo nati sunt. Natiuitas autem ex utero, est natiuitas animalis: non ergo beata uirgo fuit prius sanctificata, quam ex utero nasceretur.

2 Præter Aug. dicit in Epistola ad Dardanum. Sanctificatio qua efficitur templum Dei, non nisi renatorum est: nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. ergo beata uirgo non fuit prius sanctificata, quam ex utero nasceretur.

3 Præter. Quicumque est sanctificatus per gratiam, est mundatus a peccato originali & actuali, si ergo beata uirgo fuit sanctificata ante natiuitatem ex utero, consequens est quod nunc fuerit emundata ab originali peccato: sed solum originale peccatum poterat eam impedire ab introitu regni celestis. Si ergo tunc mortua fuisset, uideretur quod ianuam regni celestis introisset, quod tamen fieri non potuit ante passionem Christi: habemus enim fiduciam in introitum sanctorum per sanguinem eius, ut dicitur Hebr. 10. Videtur ergo quod beata uirgo non fuerit sanctificata antequam ex utero nasceretur.

4 Præter. Peccatum originale contrahitur ex origine, sicut

tam uirginem sanctificatam in utero. Probatur, Maiora gratie privilegia beate uirginis concessa creduntur, quam aliis sanctis: sed quibusdam sanctis concessa est sanctificatio in utero. ergo. Maior probatur, tum quia mater futura erat uirginis a Patre plenius gratia: tum quia Angelus dixit eam plenam gratiam. Minor probatur de Hier. & Isaz. Bapula.